

ac aliter de rebus suis supradictis ordinandi et diffiniendi, prout de iure potest ac sibi debetur, de quo coram me notario publico et testibus infrascriptis protestatus est et protestabatur publice et expresse. Super quibus omnibus et singulis premissis idem dominus doctor testator et principalis sibi a me notario publico infrascripto unum vel plura, publicum seu publica fieri petiit atque confici instrumentum et instrumenta et tot quot fuerint 5 necessaria et oportuna. Acta fuerunt hec Liptzk Merssburgensis diocesis in stuba magistrorum et collegiatorum supradicti collegii maioris sub anno, indictione, die, mense et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus, honorabilibus et discretis viris, domino Georgio Meybom de Braunsbergk artis magistro, baccalaureo Udalrico Rengk de Hallis et Iohanne Estler de Lantzberg, clericis Warmiensis, Magdeburgensis et 10 Augustensis diocesium, testibus ad premissa specialiter rogatis atque vocatis. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium dictum nuncupatum testamentum sic instrumentatum, publicatum et in hanc formam publicam redactum atque hoc presens publicum instrumentum ad preces singulares dicti domini doctoris testatoris et principalis sigillorum rectoratus alme universitatis studii Liptzensis atque collegii maioris eiusdem studii 15 appensione roboratum est atque communiter in fidem et robur omnium et singulorum premissorum.

Et ego Paulus Suoffheym de Gorlitz, clericus Misnensis diocesis, publicus sacra imperiali autoritate notarius, alme universitatis studii Liptzensis scriba, quia dictis ultime voluntatis ac testamenti conditioni, ordinationi, dis- 20 positioni procuratorum, testamentariorum, executorum, manutentorum ac superintendentium constitutioni, potestatis dationi, ratihabitationi omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur una cum prenomi- natis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et in notam supscripsi, ideoque hoc presens publicum instrumentum manu mea 25 propria fideliter scriptum exinde confeci, scripsi, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegii signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

265.

30

*Bürgermeister und Rathmannen der Stadt Thorn bekennen, daß sie das Testament des Dr. Wilhelm Haltenhof, dessen Inhalt sie kurz angeben, angenommen haben, drücken ihren Dank für dasselbe aus und versprechen es in allen seinen Stücken fest und unverbrüchlich halten zu wollen.*

1506 Apr. 23.

*Hdschr.: Copiale des großen Fürstenkollegs fol. 16—17.*

35

Wir burgermeister unnd rathmanne der stadt Thornn mit sampt dem wirdigenn unnd namhafftigen herren Iohannes Gindle thumherr czu Culmesche unnd pfarrer zu sant Iohanns doselbst zu Thornn, bekennenn mit dißem offen unserm reversal brieff idermenniglich, nachdem unnd der wirdige hochgelarter unnd achtbar herr doctor Wilhelmus